

**ACERCA DEL USUFRUCTO**  
**LIBRO SÉPTIMO DEL DIGESTO DE JUSTINIANO**

Textos latino y español

## V

### DE USU FRUCTU EARUM RERUM, QUAE USU CONSUMUNTUR VEL MINUUNTUR<sup>35</sup>

**1** *ULPIANUS libro octavo decimo ad Sabinum* Senatus censuit, ut omnium rerum, quas in cuiusque patrimonio esse constaret, usus fructus legari possit: quo senatus consulto inductum videtur, ut earum rerum, quae usu tolluntur vel minuuntur, possit usus fructus legari.

**2** *GAIUS libro septimo ad edictum provinciale* Sed de pecunia recte caveri oportet his, a quibus eius pecuniae usus fructus legatus erit. **1** Quo senatus consulto non id effectum est, ut pecuniae usus fructus proprie esset (nec enim naturalis ratio auctoritate senatus commutari potuit), sed remedio introducto coepit quasi usus fructus haberi.

**3** *ULPIANUS libro octavo decimo ad Sabinum* Post quod omnium rerum usus fructus legari poterit. an et nominum? Nerva negavit: sed est verius, quod Cassius et Proculus existimant, posse legari. idem tamen Nerva ipsi quoque debitori posse usum fructum legari scribit et remittendas ei usuras.

**4** *PAULUS libro primo ad Neratium* Ergo cautio etiam ab hoc exigenda erit.

**5** *ULPIANUS libro octavo decimo ad Sabinum* Hoc senatus consultum non solum ad eum pertinet, qui pecuniae usum fructum vel ceterarum rerum quas habuit legavit, verum et si fuerint

<sup>35</sup> A la masa sabiniana pertenecen los siguientes párrafos: 1, 3, 5, 6, 11 y 12; a la masa edictal los párrafos: 2, 7 y 10, y a la masa papiniana los párrafos: 4, 8 y 9.

## V

### ACERCA DEL USUFRUCTO DE ESAS COSAS QUE SE CONSUMEN O SE GASTAN POR EL USO

**1** *ULPIANO en el libro décimo octavo A Sabino* El Senado dispuso que puede legarse el usufructo de todas las cosas que sea evidente que están en el patrimonio de alguien. Por este senadoconsulto<sup>106</sup> parece que se introdujo que puede legarse el usufructo de esas cosas que se acaban o se gastan por el uso.

**2** *GAYO en el libro séptimo Al edicto provincial* Pero conviene que, respecto del dinero, se dé garantía a aquellos que hayan legado el usufructo de ese dinero. **1** Por este senadoconsulto no se estableció que existiera propiamente el usufructo de dinero (pues la autoridad del senado no pudo cambiar la razón natural), pero, introducido el remedio, empezó a tenerse un cuasiusufructo.

**3** *ULPIANO en el libro décimo octavo A Sabino* Después de lo cual podrá legarse el usufructo de todas las cosas. ¿Acaso también el de los créditos? Nerva lo negó. Pero es más verdadero lo que Casio y Próculo estiman: que sí puede legarse. Sin embargo, el mismo Nerva escribe que también puede legarse el usufructo al mismo deudor, y que los intereses se le han de condonar.

**4** *PAULO en el libro primero a Neracio* Por lo tanto, también habrá de exigirse de éste una caución.

**5** *ULPIANO en el libro décimo octavo A Sabino* Este senadoconsulto no sólo es pertinente al que legó un usufructo de dinero o de las demás cosas que tuvo, sino también si fueran ajenas.

<sup>106</sup> Lo más probable es que este senadoconsulto sea del siglo I d. C. *Cfr.* D'ors § 200.

alienae. **1** Si pecuniae sit usus fructus legatus <vel aliarum rerum quae in abusu consistunt>, nec cautio interveniat, videndum, finito usu fructu an pecunia quae data sit, <vel ceterae res, quae in absumptione sunt>, condici possi<n>t. <sed si quidem adhuc constante usu fructu cautionem quis velit condicere, dici potest omissam cautionem posse condici incerti conditione: sed si finito usu fructu ipsam quantitatem>, Sabinus putat posse condici: quam sententiam et Celsus libro octavo decimo digestorum probat: quae mihi non inarguta videtur. **2** Quae in usu fructu pecuniae diximus <vel ceterarum rerum, quae sunt in abusu>, eadem et in usu dicenda sunt, nam idem continere usum pecuniae et usum fructum et Iulianus scribit et Pomponius libro octavo de stipulationibus.

**6** *IULIANUS libro trigensimo quinto digestorum* Si tibi decem milia legata fuerint, mihi eorundem decem milium usus fructus, fient quidem tua tota decem milia: sed mihi quinque numerari debebunt ita, ut tibi caveam tempore mortis meae aut capitis deminutionis restitutum iri. nam et si fundus tibi legatus fuisset et mihi eiusdem fundi usus fructus, haberes tu quidem totius fundi proprietatem, sed partem cum usu fructu, partem sine usu fructu, et non heredi, sed tibi caverem boni viri arbitratu. **1** Sed si duobus eorundem decem milium usus fructus legatus fuerit, quina milia accipient et invicem et heredi satisdabunt.

**7** *GAIUS libro septimo ad edictum provinciale* Si vini olei frumenti usus fructus legatus erit, proprietas ad legatarium transferri debet et ab eo cautio desideranda est, ut, quandoque is mortuus aut capite deminutus sit, eiusdem qualitatis res restituatur, aut aestimatis rebus certae pecuniae nomine cavendum est, quod

**1** Si se legara un usufructo de dinero o de otras cosas que se acaban por el uso, y no interviniera una caución, ha de verse si, terminado el usufructo, el dinero que se diera, o las demás cosas que se consumen pueden reclamarse. Pero si ciertamente, existiendo todavía el usufructo, alguien quisiera reclamar la caución, puede decirse que puede reclamarse con la acción recuperatoria de cosa incierta la caución omitida; pero Sabino piensa que si se terminó el usufructo, puede reclamarse la misma cantidad. También Celso en el libro décimo octavo *De los digestos* aprueba esta sentencia, la cual no me parece que carece de agudeza. **2** Lo que dijimos respecto del usufructo de dinero o de las demás cosas que se consumen, eso mismo también ha de decirse acerca del uso, pues Juliano escribe y también Pomponio en el libro octavo *De las estipulaciones* que el uso y el usufructo de dinero contienen lo mismo.

**6 JULIANO en el libro trigésimo quinto De los digestos** Si se te legaran diez mil sestercios, y a mí el usufructo de los mismos diez mil sestercios, ciertamente los diez mil se harán todos tuyos, pero a mí se me deberán pagar cinco mil, de modo que yo te garantice que serán restituidos en el momento de mi muerte o de la pérdida de mi capacidad jurídica. Pues también si se te hubiera legado un fundo y a mí el usufructo del mismo fundo, tú ciertamente tendrías la propiedad de todo el fundo, pero parte con usufructo, parte sin usufructo, y yo garantizaría no al heredero sino a ti conforme al arbitrio de un hombre bueno. **1** Pero si se legara a dos el usufructo de los mismos diez mil, cada uno recibirá cinco mil y se darán garantía mutuamente y al heredero.

**7 GAYO en el libro séptimo Al edicto provincial** Si se legara un usufructo de vino, de aceite o de trigo, la propiedad debe transferirse al legatario, y se le ha de pedir una caución, de modo que cuando muera o disminuya su capacidad jurídica, restituya una cosa de la misma cualidad, o, una vez estimadas las cosas, ha de garantizar por concepto de una cantidad determinada de dinero, lo que también es más conveniente. Ciertamente lo mis-

et commodius est. idem scilicet de ceteris quoque rebus, quae usu continentur, intellegemus.

**8** *PAPINIANUS libro septimo decimo quaestionum* Tribus heredibus institutis usum fructum quindecim milium Titio legavit et duos ex heredibus iussit pro legatario satisfacere: placebat utile esse cautionis quoque legatum nec refragari senatus consultum, quia cautio non impediretur, et esse alterum legatum velut certi, alterum incerti. usus fructus itaque nomine partem pecuniae petendam ab eo, qui satis accepit a coherede, incertique cum eodem agendum, si satis non dedisset. eum vero, qui satis praestitit ac propter moram coheredis satis non accepit, neque fructus nomine interim teneri propter senatus consultum neque actione incerti, quia coheredi satisfacere. <illud etiam nobis placet legatarium cogendum promittere>. finito autem usu fructu si coheredes ex causa fideiussoria convenirentur, eos mandati non acturos: non enim suscepisse mandatum, sed voluntati paruisse: denique cautionis legato liberatos. de illo nec diu tractandum fuit secundum legatum, id est cautionis, non heredum videri, sed eius, cui pecuniae usus fructus relictus est cuique testator prospicere voluit et cuius interesse credidit fideiussores non suo periculo quaerere.

**9** *PAULUS libro primo ad Neratium* In stipulatione de reddendo usu fructu pecuniae duo soli casus interponuntur, mortis et capitis deminutionis,

mo entenderemos también acerca de las demás cosas que se gastan por el uso.

**8** *PAPINIANO en el libro décimo séptimo De las cuestiones* Instituidos tres herederos, el testador legó a Ticio el usufructo de quince mil sestericios, y ordenó que dos de los herederos dieran garantía en lugar del legatario. Se consideraba que también el legado de caución era útil, y que no se oponía al senadoconsulto, porque no se impedía la caución, y que uno era legado como de cosa cierta,<sup>107</sup> otro de cosa incierta.<sup>108</sup> Y así, en nombre del usufructo ha de pedirse una parte del dinero a aquel que aceptó la garantía por parte del coheredero, y ha de demandarse a este último con la acción de cosa incierta, si no hubiera dado garantía. Pero se consideraba que el que prestó garantía y no recibió garantía por mora del coheredero, no estaba obligado, mientras tanto, en nombre del usufructo, según el senadoconsulto, ni por la acción de cosa incierta, porque dio garantía al coheredero. También nosotros consideramos esto: que el legatario ha de ser obligado a prometer.<sup>109</sup> Pero si, terminado el usufructo, los coherederos fueran citados a juicio por causa de la garantía, ellos no han de demandar<sup>110</sup> por la acción de mandato, pues ellos no habían aceptado un mandato, sino que habían obedecido la voluntad del testador, y, en fin, habían cumplido con el legado de caución.<sup>111</sup> No hubo de discutirse mucho tiempo acerca de esto, que el segundo legado, esto es, el de caución, no parece en favor de los herederos, sino de aquel a quien se dejó el usufructo de dinero, y a quien el testador quiso cuidar y a quien creyó que interesaba no buscar fiadores bajo su riesgo.

**9** *PAULO en el libro primero a Neracio* En la estipulación acerca de devolver un usufructo de dinero, se interponen solamente dos casos: el de muerte y el de la pérdida de la capacidad jurídica,

<sup>107</sup> Es decir, el legado de usufructo.

<sup>108</sup> Es decir, el legado de caución.

<sup>109</sup> Es decir, a dar garantía.

<sup>110</sup> Es decir, al usufructuario.

<sup>111</sup> Literalmente: habían sido liberados del legado de caución.

**10** *ULPIANUS libro septuagensimo nono ad edictum* quoniam pecuniae usus aliter amitti non potest quam his casibus. **1** Si usus tantum pecuniae legatus sit, quia in hac specie usus appellatione etiam fructum contineri magis accipiendum est, stipulatio ista erit interponenda. et quidam aiunt non ante hanc interponi stipulationem, quam data fuerit pecunia: ego autem puto, sive antea sive postea pecunia data sit, tenere stipulationem.

**11** *IDEM libro octavo decimo ad Sabinum* Si lanae alicui legatus sit usus fructus vel odorum vel aromatum, nullus videtur usus fructus in istis iure constitutus, sed ad senatus consultum erit descendendum, quod de cautione eorum loquitur.

**12** *MARCIANUS libro septimo institutionum* Cum pecunia erat relicta Titio ita, ut post mortem legatarii ad Maevium rediret, quamquam adscriptum sit, ut usum eius Titius haberet, proprietatem tamen ei legatam et usus mentionem factam, quia erat restituenda ab eo pecunia post mortem eius, divi Severus et Antoninus rescripserunt.

**10** *ULPIANO en el libro septuagésimo noveno Al edicto* puesto que el uso de dinero no puede perderse de otro modo que en estos casos. **1** Si se legara sólo el uso de dinero, porque en este caso más bien ha de admitirse que en el nombre de uso también está contenido el fruto, esta estipulación habrá de interponerse. Y algunos dicen que esta estipulación no se interpone antes de que se haya dado el dinero. Pero yo pienso que se tiene la estipulación ya sea antes o después de que se haya dado el dinero.

**11** *EL MISMO en el libro décimo octavo A Sabino* Si se legara un usufructo de lana a alguien, o de perfumes o de especias, ningún usufructo sobre estas cosas parece constituido conforme a derecho, pero se habrá de condescender con el senadoconsulto, que habla acerca de la caución de las mismas.

**12** *MARCIANO en el libro séptimo De las instituciones* Como se había dejado un dinero a Ticio, de modo que después de la muerte del legatario<sup>112</sup> regresara a Mevio, aunque se haya añadido que Ticio tenía el uso del dinero, sin embargo, los divinos Severo y Antonino escribieron por rescripto que se le había legado la propiedad, y que se había hecho la mención del uso, porque, después de su muerte, se había de restituir el dinero.

<sup>112</sup> El legatario es el mismo Ticio.